

(17) Queiquomque frumentum populo dabunt¹⁹ damdumve curabit, nei que²⁰ eorum, quorum nomina h. l. ad²¹ cos. pr. tr. pl. in ta¹-(18) bula in albo proposita erunt, frumentum dato neve dare iubeto neve sinito²². Quei ad versus ea eorum quei²⁰ frumentum | (19) dederit, is in tr. m. I²³ HS Iooo populo dare damnas esto, eiusque pecuniae quei volet petitio esto. |

(20) Quae viae in urbem²⁴ Rom. propiusve u. R.²⁵ p. Ⓞ²⁶, ubi continente habitabitur, sunt erunt, quouis ante aedificium earum quae | (21) viae erunt²⁷, is eam viam arbitrato eius aed.²⁸, quoi ea pars urbis h. l. ob venerit, tueatur²⁹; isque aed.²⁸ curato, uti, quorum | (22) ante aedificium erit, quamque viam h. l. quemque tueri oportebit, ei omnes eam viam arbitrato eius tueantur, neve eo | (23) loco a [qua]³⁰ consistat, quo minus conmode populus ea via utatur. |

(24) Aed. cur., aed. pl., quei nunc sunt³¹, queiquomque post h. l. r.³² factei createi erunt eumve mag.³³ inierint, iei in diebus V proxumeis, | (25) quibus eo mag. designatei erunt eumve mag. inierint, inter se paranto aut sortiunto, qua in partei urbis quisque | (26) eorum vias publicas in urbem³⁴ Roma, propiusve u. R. p.³⁵ [M]³⁶, reficiundas sternendas curet eiusque rei procurationem | (27) habeat. Quae pars quoique aed.³⁷ ita h. l. ob venerit, eius aed.²⁸ in eis loceis, quae in ea partei erunt, viarum reficien[-(28) darum tuemdarum procuratio esto, utei h. l. oportebit. |

(29) Quae viam per³⁸ aedem sacram et aedificium locum ve publicum et inter aedificium privatum est erit, eius | (30) viae partem dimidiam is aed., quoi ea pars urbis ob venerit in qua parte ea aedis sacra erit seive aedificium | (31) publicum seive locus publicus, tuendam locato. |

(32) Quemquomque ante suum (*sic*) aedificium viam publicam h. l. tueri oportebit, quei eorum eam viam arbitrato eius aed., | (33) quouis oportuerit, non tuebitur, eam viam aed., quouis arbitrato eam tuerei oportuerit, tuendam locato; | (34) isque aed. diebus ne minus X, antequam locet, aput forum ante tribunale suom propositum habeto, quam | (35) viam tuendam et quo die locaturus sit, e[t] quorum ante aedificium ea via sit; eisque, quorum ante aedificium | (36) ea via erit, procuratoribusve eorum domum denuntietur facito, se eam viam locaturum, et quo die locaturus | (37) sit; eamque locationem palam in foro per q. urb.³⁹, eumve quei aerario praerit⁴⁰, facito. Quamta pecunia eam | (38) viam locaverit, tam-

19) *Scr. dabit.* — 20) *Scr. quoi.* — 21) *Fortasse scr. a (Mommsen).* — 22) *Cavet lex ne professi ante subsortitionem frumentum publicum accipiant (Momms.).* — 23) *Triticum modios singulos.* — 24) *Scr. urbe.* — 25) *Urbem Romam.* — 26) *Pasus mille.* — 27) *Scr. via erit.* — 28) *Aedilis.* — 29) *Scr. tueto.* — 30) *ao aes. (emendavit Conradi).* — 31) *q. n. s. Mommseno videntur adiecta post legem demum perscriptam.* — 32) *Rogatam.* — 33) *Magistratum.* — 34) *Scr. urbe.* — 35) *Cf. not. 25. 26.* — 36) *Nota millenaria plerumque in hoc aere deformata.* — 37) *Aedilei.* — 38) *Scr. via inter.* — 39) *Quaestorem urbanum.* — 40) *Cf. Mommsen Staatsr. II³ p. 557 not. 4 fin. (= II² p. 544 not. 5).*